



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Emblema 7. Dura quidem, sed tuta salus. His nos defendimus armis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Emblema 6.

-- *Mibi purus ab omni*

Labe decor --

LILIVM INTER SPINAS.

Sapphicum.

C Vr sagum lentos riget in dolores
 Hispidum spinis ? niuei pudorem
 Liliij castis stimulis satelles
 Spina tuctur.

Ioannes etiamnum puer humido sub
 antro delitescit in solitudine, & sub
 hispido cilicio, cuius aculei
 secura contra vitiorum blan-
 dicias tutela.

Emblema 7.

Dura quidem, sed tuta salus.

His nos defendimus armis.

1. Spelunca in petrâ, ad cuius aditum.
2. Ericinus stat erectis stimulis contrâ
3. Canes versicolores.

1. Solitudo aspera.

2. Ioannes hirco sago horridus, sese defendens
 contrâ

3. Varia vitia, que suam sanctimoniam &
 castitatem oppugnent.

Sapphi-

Sapphicum.

C Eræ pugnaces acuens in iras
 Queis Eres horret, stimulis laceffit
 Anxios hostes. Parit hirta tutam
 Spina salutem.
 Castitas sentâ tunicâ pudorem
 Armât in blandos, tenerosque amores,
 Necubi fallas animos. suavi
 Fraude voluptas.

N O T Æ.

1. Petra refugium erinaceis. Psalm. 103.
 Latebra virtutis in tuto collocanda sunt presidium &
 asylum. Vita enim ab hominum commercio segregata,
 vaud facillè aliena vita contagio inficitur. Alioquin vbi
 cum hominibus agitur, facillè quis suum vitium secum
 agenti adfricat. Vnde postmodùm ingemiscat. Nunquam
 inter homines egi, quin minor homo redierim.

2. Ericius (sive vt Plautus) Eres, vbi sibi immi-
 net periculum; se quasi in globum colligit, vndique acu-
 ris spinis subularum instar inhorrescentem, quibus canes
 absterret, seque suis armis & aculeorum fiducia susten-
 tat, propugnatque. Itidem prouidus hic sanctitatis sue
 custos sese hispido cilicio seu loricâ & telis armat, qui-
 bus mollia vitiorum lenocinia eludat, vel asperas ho-
 stium minas elidat.

3. Canes. Quis nescit in sacris paginis vtramuis in
 partem accipi canes. Sapius tamen in malam partem,
 vt hoc loco Foras canes. Et alibi: procax enim ani-
 mal canis, & offa appetens, ne quid dicam, de molliter
 adulantis cauda blanditijs, ac gannitu & asperis den-
 tium

zium minis : qua omnia in blandas lenocinantis voluptatis illecebras , & sauos irarum incursum cadunt , vt inde periculum incurras.

Toannes vbi delicijs cœlestibus adfluit, neque bibens, neque comedens (vt de eo Christus prædicat) ipse semper ieiunus opprobrat improbis vanâ è gulæ & cupediarum satie perennem famem. Cuius hæc vox.

Imago 8.

Opimum conuiuium vigilantium somnia.

1. Mandragora, sub qua dormit
 2. Paruus Ethiops puer, cui supra
 3. Caput nubes, in qua
 4. Pieta mensa opipara.
1. Somni Cupido
 2. Gula mancipium
 3. Somnium in somno,
 4. Inanis & fugiens opinio voluptatis.

Phaleucium.

CVi nusquam cocus, aut focus, nec ignis,
Turdos, atragenas, capras, aprosque
Pieta Phasidis aduenas ab oris,
Perdices, hinulos, boues, ouesque,
Momento sibi decoquit struitque

Morphens